qui ſervit loco commatis, ſeu virgulæ. Հոգի eſt pro-
prium tertiæ Sanctiſsimæ Trinitatis Perſonæ nomen, Spi-
ritûs Sancti videlicet, qui ex Patre, Filioqué procedens
unus, verus, æternusqꝫ cum Patre et Filio Deus eſt,
qui cum Patre et Filio regnat, et ideò cum utroqué pari-
ter ſupremo cultu adorandus, et conglorificandus.
Unicum adhuc ſcientiæ cauſâ addam, cur Armeni hoc
vocabulum Հոգի, quod ſecundùm propriam nominis
ſignificationem Animam ſignificat Spiritui
ſancto attribuant, cùm tamen reipſâ hæc vox Ոգի
ex nominis ſui etimologia Spiritum repræſentet.
Duplex aſsignatur ratio, circumſcribunt nempé Arme-
ni hanc vocem Ոգի cum Littera Հ quando de Spi-
ritu Sancto Tertiâ Sanctiſsimæ Trinitatis perſonâ
ſermo agitur, et primò quidem ut pari Litterarum